

Qtk. 170. 4

2.
A. D.

Ve
1891

DISPUTATIO JURIS FEVDALIS
DE

J V R E
SVCCEDENDI AGNATORVM
IN FEVDVM ALIENATVM
VIVO ALIENATORE
IMPRIMIS J. SAX.

QVAM

CONSENSV

INCLYTI ICTORVM ORDINIS
P R Æ S I D E

D. CHRISTIANO LVDOVICO STIGLIZ,

D. XXI. DECEMBR. A. M DCC XIV.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET

A. & R.

CHRISTIAN GOTTLIEB HOFFMANN,
DRESD.

L I P S I Æ,

LITTERIS IMMANVELIS TITII.



PER-ILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO
DOMINO,
DN. JOHANNI GEORGIO
à Ponifau,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI POLO-
NIARUM REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ PROTO-
SYNEDRII DRESDENSIS PRÆSIDI EMINENTISSIMO, ITEMQUE AU-
LÆ REGIÆ ET SUMMO PROVOCATIONUM JUDICIO A
CONSILIIS

HÆREDITARIO in Pöhla ET SCHOENBORN

DOMINO SUO GRATIOSO

HOC QUALECUNQUE STUDIORUM SPECIMEN

HUMILITER CONSECRAT

EJUSQUE PATROCINIO SE DEMISSE COMMENDAT

CHRISTIAN GOTTLIEB HOFFMANN.






SVMMARIA.

§. I. Feudum unde beneficium dicatur? §. II. Ex eo reciproca & efficax oritur obligatio. §. III. Tam rat: vassalli quam domini directi, imprimis successio in feudo illibata servari debet. §. IV. Successio alia juris comm: est, alia feudalis, ex hac regulariter non succeditur in jus ultimi defuncti. §. V. Unde locum habet, quoties deficit Vassallus vel ejus jus, licet ipse adhuc vivat. §. VI. 7. Sax. agnati non succedunt, nisi sint simult: investiti, & simult: investitura mutatione facta renovanda est. §. VII. Feudum antiquum sine consensu agnatorum, etsi dominus consentiat, in eorum prejudicium alienari non potest. §. VIII. Alienatum vero revocare possunt. §. IX. Secus si consenserint. §. X. Duplex revocandi feudi alienati ratio obtinet, de altera hoc loco precipue agitur. §. XI. Quar: an emtore feudi sine heredibus feudalibus mortuo, simult: investiti, vivo licet alienatore, succedere possint? Aff. §. XII. Probatur I. quia penitus deficit vassalli jus, cum nemo sit, in quo illud subsistere possit, non 1.) in emtore & 2.) ejus heredibus. §. XIII. Nec 3.) in venditore. §. XIV. Nec 4.) in domino directo. §. XV. Opp. tolli feudum per consolidationem temporariam cum feudo per venditionem novum factum domino, deficienti-

*scientibus heredibus, apertum fiat, cui Resp. a. Non fieri no-
 vum in prejudicium agnatorum. §. XVI. b. Nec indistincte
 & omni ex parte jura directi domini in ejusmodi feudum
 exerceri posse. §. XVII. c. Sed accedere domini consensum
 salvo jure tertii quod ex clausula adjecta apparet & rationi
 convenit. §. XVIII. II. Quia si mors emtoris intra an-
 num accidat, agnatus jure retractus uti posset, & sic exclu-
 deret dominum. §. XIX. Quo casu tamen retrahens pre-
 tium solvere non tenetur. Sed incidit in casum successionis,
 cum nemo sit, qui jure illud exigere vel accipere possit. §.
 XX. Confirmatur sententia per II. F. 26. §. Titius. §. XXI.
 Illud pretium accipere non potest 1.) venditor nec 2.) Dominus.
 §. XXII. Nec 3.) emtoris heres allodialis. §. XXIII. III. ex
 favore, qui in F. Feudali major est agnatorum, quam domini
 in casibus recensitis, unde tot rationes & argumenta pro senten-
 tia de duci possunt. §. XXIV. IV. Ex acquisitione & successione
 in casu privationis feudi ob delictum. §. XXV. V. Etiam
 alienationis illicita imprimis F. Sax. §. XXVI. Demonstra-
 tur t. t. F. Saxon. ubi aliter disponitur in alienatione licita, lo-
 quide casu, ubi superest emtor. §. XXVII. Recensentur 9.
 objectiones. §. XXVIII. Usque ad XXXII. illæ solvuntur. §.
 XXXII. Non obst. Der Landfr. 1521. tit. 2. & c. §. XXXIII. Quid
 juris, si plures sint simul: investiti, proximus & remotior?
 §. XXXIV. Proponitur casus quidam. §. XXXV. usque XXXVIII.
 Recensentur II. argumenta, quæ vel pro simul: investito pro-
 ximo vel pro domino ad excludendum remotiorem à succ. sso-
 ne allegantur. §. XXXVIII. Quibus Resp. in genere & §. XXXIX.
 Usque ad XLVIII. singulis in specie §. XLVIII. summa sententiæ
 & conclusio.*

J.N.F.



I. N. J.

I.



Feudum in Jure Feudali beneficium dicitur, at non eo sensu ac si ex mera liberalitate descendat, sed quatenus pretium haud ad æquatum intercedit, nec merces justa proportione æstimata pro ejus concessione accipi solet. Nam & servitia non ut æstimatio pretii adæquati, sed pro natura feudorum & origine sua ex gratitudine præstantur, & feudum plerumque majoris pretii est & fructus fert uberiores ac sunt onera atque servitia inde præstanda. *SCHRAD. de F. P. 9. c. 10. n. 8. 13. WESENBEK. de F. c. 1. §. 2. NIEL. Diss. F. 1. §. 6. lit. e.*

II.

Ut ut vero obligatio quoque Vasalli, quæ inde utpote ex beneficio ad gratiam referendam, quæ in Feudis fidelitas vocatur, suâ naturâ virtutis, seu ut vulgo, naturalis imperfecta sit, v. *perillustr. D. COCCEJ. in Hypomnem. 7. Feud. 1. II. §. 6.* ita tamen aucta est & efficacior reddita, ut, cum forma feudorum usu & moribus amplior facta fuerit accesserintque pacta, conventiones, variique actus & plura alia, uterque dominus atque Vasallus, & si qui alii concurrunt ærtissime inde sibi invicem devinciantur, iisdemque reciproca agendi præstandique necessitas sit imposita 2. f. 6. *SCHRAD. c. 1. n. 9. WESENB. c. 1. & DD. com.*

III.

Vi hujus obligationis fidelitas, nunc jure & sua natura jurato fit *II. F. 3. in fin.* cujus capita v. videantur in *II. F. 6. 7. cit. D. COCCEJ. T. 6. c. 20. seqq.* At Dominus quoque Vasallo tenetur, ne quid in hujus fraudem & damnum agat. *II. F. 6. in f. 22. 26. §. Domino SCHRAD. P. 6, c. 6. 7.* Per investituram enim recipitur Vasallus, cui præstandum est feudum *II. F. 8. pr. 25. 80. 87.* Acquisitum vero ad conservationem generosarum imprimis & illustrium familiarum, ac ut magis alligentur ad Domini utilitatem, in iisdem successione continuatur *II. F. 11. 33.* quæ illibata iis & interrupta servanda est.

IV.

Sensum enim successio in feudum recepta est *Magnif. D. HORN. Jprud. Feud. c. 15. & DD. com.* Quæ tamen in eo plurimum a communi sive hæreditaria successione differt, quod hæreditas sit successio in Jus, quod defunctus habuit *l. 24. ff. d. V. S. l. 62. ff. d. R. J.* Unde viventis nulla est hæreditas *l. 94. ff. d. acq. hæred.* nec ea incipit nisi momento mortis defuncti, cui soli succeditur. Jure autem Feudali successoris jus non demum incipit a momento mortis ultimò defuncti, sed jam acquisitum est iis, qui sunt ex familia, & a primo acquirente descendunt a momento primæ Feudi acquisitionis & dispositionis; Ex hac ipsa enim non personæ sed universæ familiæ jus comparatum est. Prout vero dispositum, ita jus est. Succeditur ergo primo acquirenti juxta tenorem primæ investituræ & ut vulgo dicitur ex pacto & providentia majorum. Hinc omnes qui sunt ex familia feudi capaces, in eventum succedendi jus quasi-

tum

tum habent, i. e. juxta ordinem & sub conditione si vixerint & proximi defecerint. Neque hoc nuda tantum spes est, sed Jus actu constitutum expectandi nimirum eventus & in eventum acquirendi. Vide prolixè & egregie hæc deducentem *Perill. D. COCCEJ. in disp. d. Ord. succ. fam. ill. S. I. & II.*

V.

Ex quibus apparet Successioni Feudali locum esse, quotiescunque Vasallus deficit, non demum quando morte in vivis esse definit, sed omni quoque casu eveniente, quo ejus jus deficere dicitur, licet ipse adhuc vivat *II. f. 11. §. bis v. deficientibus II. F. 50. in f. P. II. C. El. 48. P. III. C. El. 27. v. §. 12. seqq.* Hac saltim notatâ differentiâ, quod agnati in casu mortis, renunciationis, repudiationis &c. quo vasalli Jus penitus extinguitur ac definit, statim ad successionem admittantur; secus in aliis, quibus haud penitus deficit, sed in alterius, utut non ipsius vasalli, persona secundum legis constitutionem adhuc subsistere dicitur, ut in alienatione licita &c. ubi in feudum, vasallo demum ejusque liberis ac descendentibus hæredibus mortuis, succedi poterit. *Laud. D. COCCEJ. in Hypomn. J. F. T. 10. §. 2. 3 ubi t. t.* Cujus rei ratio hæc redditur, quod ante mortem alienatoris ejusque descendentium neque alienator deficiat neque jus ejus, quippe quod in emtorem translatum est; in cujus persona subsistit, quoniam causam & quidem licito modo ab alienatore habet, quanquam ipse alienator ob factam translationem eo uti non possit; morte vero ejus non tam translatum, quam extinctum fit, tunc enim plane incapax fit, unde neque jus in alium transfuisse, neque illud, quod amplius non est, adhuc in emtore durare fingi vel videri possit. At si de-

descendentes hæredes habet, qui factum defuncti præstare debent, & in ejus locum succedunt, in iis quoque & per illos jus illud durat. *H. PIST. l. 2. qu. 3. n. 62.* Quæ hæctenus verissima, jungatur tamen. §. 12. & seqq.

VI.

Præterea Jure Sax. singulariter constitutum est, quod soli liberi in feudis succedant, non agnati nisi simultanee investiti *LehnH. c. 21. 32. ORD. TORG. 1583. Tit. Welcher Gestalt die Agnaten §. Diweil denn §. und dieses alles. H. PIST. l. 2. qu. 19. n. 41. seqq. & qu. 20. SCHULTZ. in Synops. J. Feud. c. 9. n. 80. 81.* Hinc investitura simultanea non quidem feudum ipsum, at feudi successionem agnatis vel extraneis eodem modo tribuit, quo Jus Feudale commune agnatis. Nam & huic investituræ inest conditio feudi vacaturi, & ea jus aliquod reale non feudi sed ut dicitur eventuale in illud succedendi tribuitur, quod nulla ratione interverti potest: *CARPZ. ad P. 2. Const. El. 45. Def. 15. 16.* Renovanda autem est, quoties mutatio fit Domini, Vasalli vel simultanee investiti, sive morte &c. s. alienatione j. §. 9. qua renovatione alias neglecta ipsa perit, nec succedi potest, amittitur enim illud Jus eventuale & deletur; & licet hoc casu nihil sit quod Dominus vindicare possit, atque inde nec actionem habeat *P. 2. Const. El. 45. PIST. c. l. qu. 20. cit. SCHULTZ. c. 11. n. 47. 48. NIELL. D. 8. th. 4. vid. D. HORN. Jpr. F. c. 17. §. 4. seqq.* exceptio tamen non factæ renovationis ita petentem excludit, ut a Domino aliisque agnatis simultanee investitis & omnibus quorum interest opponi possit, ad impediendam quoque actionem revocatoriam, quæ Jure investituræ sublato, unde originem habet, necessario cessat. *BERL P. 2.*
concl.

2. *concl.* 53. n. 33. *seqq.* CARPZ. *ad all. Const.* 45. d. 17. STRUV.
S. J. F. c. 10. *apb.* 3. n. 6.

VII.

Inde sequitur, quod feudum antiquum sine consensu
agnatorum in eorum præjudicium neque valide alienari
II. F. 39. pr. H. PIST. *l. 2. qu. 4. n. 18. seq.* SCHULTZ. *c. 12*
c. 10. n. 78. neque Domino vel simpliciter, vel in gratiam ex-
tranei refutari possit. Licet enim his modis feudum anti-
quum novum fiat. *II. F. 49. ROSENTH. c. 2. q. 20. 21.* idque
in præjudicium refutantis & alienantis ut & consentientis
agnati valeat. *PIST. c. 1. qu. 6. WESENB. de F. c. 11. §. 11.*
minime tamen id nocet agnatis non consentientibus, quibus
post mortem primi acquirentis jus in feudum legitimo suc-
cedendi ordine acquisitum est, sed manet antiquum, quan-
quam per plures annos ab extraneo vel Domino possessum
fuerit, *SCHRAD. P. 2. c. 3. n. 59. & P. 8. c. 6. ROSENTH. c. 2.*
qu. 17. c. 9. qu. 84. 85. ANTON. Disp. F. 1. th. 5. lit. b. Idem
jus obtinet Jure Sax. si ejusmodi alienationes invitæ simul-
taneæ investitis factæ fuerint, ob jus nimirum ex simultanea
investitura iis quasitum & in ipso feudo fundatum. *LehnH.*
c. 8. ihr keiner mag ohne des andern Willen und Wissen etz
was leihen oder aufflassen ORD. TORG. 1583. Tit. welcher Ge-
stalt die Agnaten §. so viel erstl. & passim P. 2. C. El. 45. CAR-
PZOV. ibid. d. 16. H. PIST. l. 2. qu. 20. n. 11.

VIII.

Quod si vero nihilominus feudum alienatum fuerit,
id ipsum revocandi jus non tantum renovandi investituram
simultaneam agnatis & simultaneæ investitis competit
CARPZ. c. l. d. 17. 18. 24. 26. ZIGL. d. J. revoc. quod agn. iis
enim vasallus alienans, quia ab hoc causam non habent, nec

B

in

in feudum tanquam in jus ultimi possessoris succedunt præjudicare non potest, licet quoque Domini consensus accesserit, qui in eorum præjudicium qui jam ad feudum vocati sunt, ne minimum disponere potest, sed potius feudum ad eum transferendum est, qui alias in eo succederet, quam ad ad alium *STRUV. S. J. F. c. 13. apb. 16. n. 1. & apb. 22.* Accedit vero consensus Domini non ut præjudicet agnatis jus suum, sibi reservantibus, vel quibus reservatur ipso jure, sed ne ob alienationem feloniam committatur feudumque in commissum cadat. *NIELL. d. 6. §. 8. l. e.* Unde eatenus licita quidem est alienatio, at Domini consensus semper explicandus est, ne tertio præjudicet & subintelligitur clausula (quæ tamen expresse adjici solet) salvo jure alterius *ROSENTH. c. 9. m. 1. concl. 38. ibique all.*

IX.

Secus vero est, si ipsi quoque agnati & simultanee investiti consenserint, quibus revocatio penitus denegatur *I. F. 5. §. 1. II. F. 26. §. Titius II. F. 39. pr. SCHRAD. P. 8. c. 5. n. 2. seq. NIELL. D. 6. §. 9.* Nam qui consentit, jura sua perdit *l. 26. C. adm. tut. & quod semel placuit, amplius displicere non potest c. 21. R. J. 6. P. 2. C. El. 45. §. f. ibique CARPZ. d. 25.* Valet itaque alienatio pro cujusque consentientis parte *l. 76. π. d. R. V. II. F. 38. H. PIST. l. 2. qu. 7. n. 16. NIELL. c. 1. §. 9.* Valet etiam, prout paciscentes disposuere, hinc si sub certis conditionibus consenserint v. g. ut iterum ad simult. investituram admittantur, daß sie an den verkaufften Lehn von Käuffer wiederum zur gesammten Hand genommen oder gebracht werden sollen, idque pactum Dominus confirmaverit, conditio adimplenda est: At si tunc quoque simultaneæ investituræ renovatio hujus feudi alienati, quod hac ratione

novum ex antiquo factum est, petita non sit, jus eorum omne
 expirat all. *Const. 45. & Carpz.* quia ad hoc, ut ex simultanea
 investitura succedi possit, imprimis in Saxonia requiritur, ut
 actu ea impetrata fuerit. *CARPZ. ad d. Const. d. 24. j. §. 6.*

X.

Duplici vero ratione jus revocandi competit, vel sta-
 tim aut intra annum jure protiniseos & retractus, & quidem
 restituito eodem pretio *II. F. 3. §. 1. II. F. 26. §. TITIVS O.*
TORG. c. 1. §. s^o vel vel juxta ordinem post mortem alie-
nantis ejusque hæredum jure successione all. §. Titius & II.
§. 83. DD. comm. De pirori modo quicquam dicere, nihil ad
 propositum nostrum attinet; posterioris vero ratio ex *§.*
IV. V. petenda est, quæ hæc est, quod agnati Jus in feudum
 quæsitum habeant, verum tantum eventuale, quo non nisi
 deficiente vasallo, ejusque Jure extincto & ratione subla-
 tâ, quâ illud adhuc durat, feudum sibi vindicare possint, id
 quod tamen in alienatione haud accideret, cum in emtore
 possessore jus Vasalli translatum adhuc subsistat, & in per-
 sona, quæ causam a Vasallo habet, durare possit. *v. H. PIST. l.*
2. qu. 6. n. 62.

XI.

Et hic casus nullam habet controversiam, sed una-
 nimis est DD. consensus, quod, dum in vivis est alienator
 ejusque descendentes, ut & ille, in quem alienatum est feu-
 dum, v. g. emtor ejusque hæredes feudi capaces, agnati &
 simultanee investiti, quibus invitis utut consensu Domini ali-
 enatio facta est, jure Successione feudum illud revocare
 non possint. At quæritur, utrum id ipsis liceat, quando
 emtor sine hæredibus feudi capacibus mortuus est, licet alie-
 nator adhuc vivat; an potius Dominus feudum hoc casu ut



apertum vel saltim quamdiu alienator ejusque descendentes vivant, sibi vindicare possit? In hac quaestione non possumus non agnatis & simultanee investitis calculum adjicere, sequentibus moti rationibus.

XII.

Ita enim Jus Vasalli penitus deficit. Nam nemo est, qui causam a venditore habet, aut in quo jus illud continuatur, quæ est ratio in §. 5. exposita, ob quam successio regulariter, vivo alienatore locum non habet, ergo non superat, in quo illud duret. I. Non in emtore feudi quondam possessore, quia mortuus est, nec amplius possidere dici potest, cujus etiam jus interire dicitur, si Venditor sine descendentiis moritur, licet ipse superstes sit, ergo idem sine dubio & magis obtinebit, si ipse sine hæredibus feudalibus moriatur, nec 2. in hæredibus ejus, quos nullos feudi capaces utut allodiales reliquit.

XIII.

Neque 3. in Vasallo alienatore continuatur, aut jus ad eum redit, cum per factum suum alienationis in alium translulerit, nec suum dicere possit, quod omni ex parte libera voluntate ac dispositione alterius factum est. Quin etsi sub ea conditione venditum voluerit, ut in casum mortis Emtoris hæredibusque ejus deficientibus, ad se Venditorem redeat, ille tamen nullum jus inde vel retinet vel consequitur, cum tale pactum sit contra naturam rei & a jure remotum, quod cum minime valeat *l. 7. §. 16. ff. d. pact.* præsumi haud potest nisi forte hæc lex (ut pactum retrovenditionis) venditioni adjecta a Domino quoque expresse confirmata sit, idque tamen factum non esse in casu nostro supponitur, vel saltim, quia facti, probandum est. Imprimis, vero quia Jure Sax-

Sax. in feudum non succeditur, nisi simultanea investitura illius feudi, quod per alienationem ex antiquo novum fit, actu denuo obtineatur. *ORD. TORG. cit. §. und dieses alles.* Eatenus vero tantum jus vasalli vigorem suum in emtore vivo ejusque hæredibus, qui in ejus locum & jura succedunt, retinere dicitur, quatenus persona existit, quæ ab ipso venditore, accedente Domini consensu, causam habet; quæ itaque necessario aliter fierent, extincta penitus persona, in qua Jus subsistat, adeo ut nec ulla Juris fictio, quæ veritatem sequitur, hic locum obtineat.

XIV.

Sed nec 4. Dominus id feudum vindicare potest, quippe qui causam a venditore non habet, nec in Emtoris jus & locum succedit, nullus vero etiam alius extat titulus, qui ei Vindicationem tribuat. Non enim acquirit 1. Jure communi, quo alias successio in bona vacantia fisco tribuitur, quemadmodum enim Fisci jura & directi dominii eadem non sunt, ita vacantia demum bona dicuntur, quæ nullum hæredem assertoremve habent; quamdiu itaque vindex & assertor earum rerum sive ex testamento sive ex qualibet sanguinis linea aut Juris titulo extat aut superest, nondum fisco locus succedendi patet, *Perillustr. D. COCCEJ. Disp. de Bonis Vacant. tb. 4. 7. 9.* Neque etiam 2. Jure Feudali, quotquot enim in eo & a DD. recensentur modi, quibus finitur feudum, & ad Dominum redit, nullus tamen hoc in casu invenitur aut applicari potest.

XV.

Equidem opponitur, toties feudum ad Dominum redire, & per consolidationem tolli, quoties feudi successores nulli sunt; unde Dominum directum, cum qualitas feudi,

quã antea fuit antiquum per acquisitionem extranei mutetur, eaque mutatione novum fiat §. 7. nunc etiam dominium utile & directum in solidum acquirere, emtorem enim novum fieri vasallum, hinc Dominum etiam ex natura reatorum Jura directi domini, tam vivo eo, quam eo sine hæredibus feudi capacibus mortuo, in feudum exercere, idque feudum ut apertum sibi vindicare posse. Verum ex eodem §. all. apparet, alienationem absque consensu agnatorum & simultanee investitorum factam, horum Juri quæsito nullo modo officere, sed horum intuitu feudum manere antiquum, ut &, si nova tantum qualitas consensu Domini adjecta fuerit, v. g. ut etiam filia succedant, ad foeminas demum post omnes agnatos, & imprimis Jure Sax. simultanee investitos extinctos feudum transeat, & tunc ratione novæ accessionis novum quidem fit, in cæteris tamen antiquum maneat. *ANTON. Disp. I. tb. 5.* unde dici non potest, feudum in nostro casu propter defectum successorum tolli, cum adhuc capaces ex pacto majorum & Jure simultaneæ investituræ superfint.

XVI.

Adeo vero Dominus consensum suum alienationi adjecit, ut per id factum neque Jus aliis quæsitum intervertere possit, neque id se ipsum velle manifesto declaret. Nam ipse obligatur agnatis & simult: investitis ex pacto majorum & proprio investituræ factæ, quibus jus illud in feudum eventuale secundum jura constituta concessit ac confirmavit §. *III. seqq.* Alias & si verum esset, quod, ubi novus vasallus est, & a Domino recipitur, indistincte & omni modo utrinque jus omne tam ratione Domini directi quam vasalli nascatur, sequeretur, quod vel agnati & simultanee investiti
nec

nec jure retractus nec Jure successionis, mortuo alienatore & ejus descendentes, feudum alienatum revocare possint, id quod tamen eos facere posse a nemine negatur; vel quod Dominus, feudo secundum Juris dispositionem revocato, emptori vasallo de evictione ex investitura prout regulariter *SCHRAD. P. 5. c. 6. v. cit. D. COCCEJ. Hypom. 7. F. T. 6. §. 12. seqq.* ita hoc etiam casu teneatur: id quod statuere velle æque absurdum, ac contra manifesta Jura est.

XVII.

Consensus itaque Domini alienationi accedit itidem secundum jura semel constituta, ita ut ille jura Domini directi quidem, sed salvo jure tertii legitime quæsito, exercere possit. Neque consensus operari quicquam potest ultra intentionem Domini & constitutionem Juris, quæ est, ut vasallus venditor, necessitate vel utilitate sua ita ferente ut alienet, emptorem inveniat, & ille in tantum tutus sit, ne feloniam per alienationem committatur, nec feudum in commissum cadat §. VIII. Ipse Dominus hanc suam esse voluntatem, eò etiam declarat, dum clausulam consensui addit, *salvo jure tertii auch sonst manniiglichem an seinen Rechten ohne Schaden,* &c. quæ si forte non addita sit, jure semper intelligitur cit. §. Nihil vero magis naturæ convenit & rationi, quam, cum agnati & simul: investiti jus proprium & reale in feudo ipsius Domini voluntate habeant, id iis factò alterius, ut emptione venditione, auferri non posse, nec Domino plus inde & ejus consensui interposito tribui, quam quod optima juris ratione statuitur, sc. tantummodo, ne feloniam committatur, non autem id quod pactis majorum & Domini voluntate ante hoc factum illis ipsis jam quæsitum est, jus nimirum succedendi in feu-

feudum eo in casu, quo omnes ratio, qua Jus vasalli alienatoris adhuc durare dici vel fingi possit, cessat & deficit.

XIIX.

His accedit, quod, si mors vasalli emtoris in annum incidat, (utrum hic annus a scientiæ an celebrati contractus tempore currere incipiat, id nunc excutere nihil interest v. *D. HORN. c. 20. §. 9.*) & agnatus vel simult: investitus jure retractus feudum revocare velit §. X. nulla juris ratio a Domino allegari possit, quæ id impediatur, nec forte ex cœtu DD. quisquam inveniatur, qui contrarium statuatur; cum etiam agnato idem Jus, alienatore mortuo, emtore vero adhuc superstite, competat, etsi quoque emtor ante redemptionem feudi ob feloniam eo privatus fuerit, quanquam non tam eo jure obonus restituendi pretii, quam lucroso potius successione, usus esset. *ANTON. Disp. 10. tb. 1. lit. 1. ibique cit. VULTEJ. §. tb. 2. lit. a.* Manifestum hinc deducitur argumentum, Dominum jus illud directi Domini, quo feudum, novo vasallo emtore sine hæredibus feudalibus mortuo, ut apertum consolidatur, exercere haud posse, quousque supersunt, qui Jus in feudo quæsitum habent. Nec obstat aliud esse Jus retractus, aliud successione, intuitu enim Domini hi modi revocandi non differunt, & licet in posteriori nullo dato pretio, & Jure vasalli deficiente, in feudum succedatur, in priori vero pretium vivo sc. alienatore ejusque liberis a retrahente restituendum sit, neutro tamen casu Dominus feudi acquisitionem impedire vel agnatis denegare potest, quin e contrario possessionem ex propria investitura & Juris necessitate præstare tenetur.

XIX.

Anceps vero hic incidit quæstio, an retrahens h. c. ad
pre-

pretium restituendum adigi possit, & cui istud acquiratur? Et videtur respondendum esse, cum nemo existat, qui pretium jure ab ipso petere, & licet offeratur accipere queat, nec eum ad solvendum illud obligari, sed tunc incidere in casum, quo Jure successionis sine restitutione pretii ad possessionem feudi admittendus sit. Quod enim agnatus vel simultanee investitus dum vivit alienator ejusque descendentes, reddito demum pretio, illo vero sine filiis mortuo, nullo dato pretio, feudum revocare possit, hæc sine dubio ratio est, quoniam illis in feudum Jus competit, at eventuale, i. e. deficientibus proximis & iis qui jus quæsitum habent, quibus illud jus illibatum servari debet; id vero in priori casu per restitutionem pretii servatur. Retinet enim venditor & ejus descendentes quod pro feudo, consensu Domini salvo jure agnatorum & hæcenus licite vendito, accepit. Neque emtor, qui causam a vasallo venditore habet, conqueri aut adversus eum ex emto agere potest, cum solum recipiat. In posteriori vero casu desunt, qui potius jus habent. Hinc concludimus, eo casu, quo obligatio ad evictionem non amplius superest, quod fit emtore sine hærede feudali mortuo, revocantem agnatum &c. nequidem ad restitutionem pretii obligari.

XX.

Confirmamur in hac sententia per textum famosum *II. F. 26. §. Titius* ubi disponitur, quod agnatus feudum, si Titius filios proprios habeat, pretio reddito etiam vivente Titio revocare possit. Non alia ex ratione, quam quia filii succedunt in Jus sui patris & ejus factum præstare debent, itaque etiam emtori ad evictionem tenentur. *ANTON. D. g. tb. 7. lit. c.* unde si pretium a retrahente agnato non restituere-

G

re-

retur, illud filii emtori restituere deberent, quod tamen patri ex hæctenus licita alienatione optimo jure acquisitum est. Argumentamur itaque a contrario, quod quando casus existit, ubi obligatio ad evictionem non est, ut emtore ante revocationem factam & quidem sine hærede feudi capace mortuo, revocatio simpliciter, nullo restituto pretio, locum habeat, cum neque venditori aut ejus filiis id dari possit, quia jam ab emtore mortuo habent, neque Domino neque emtoris hæredi allodiali, per ea quæ sequuntur.

XXI.

Non enim pretium hoc in casu proposito capere potest 1) venditor, cui nihil abest, sed suum jam ab emtore habet & retinet, id quod ei hoc casu non auferitur, quemadmodum in illicita alienatione fit *II. F. 52. §. si quis vero* neque 2) Dominus v. fiscus: sive illi in casu, quo sine consensu Domini sciens emtor adeoque illicite emerit pretii vindicationem, ob offensionem ex contentu cum *LUDWELLO in Syn. J. F. c. 18.* tribuatur, sive huic cum *STRUV. in Synt. J. F. c. 13. apb. 9. §. 11.* ne dolus sit impunitus, cum tamen Domino pretium in Jure feudali nullibi adjudicetur, sed tantum feudum ei aperiri dicatur. v. *ANTON. D. 9. th. ult. lit. c.* Neutra tamen ratio huc applicari potest, cum nullum illicitum factum neque dolus neque Domini contentus occurrat. Neque Dominus etiam ex eo capite illud potest exigere, quasi novum hoc feudum ob defectum hæredum apertum acquireret, & eo modo quasi personam defuncti emtoris repræsenteret, nam ne tunc quidem causam habet ab emtore, aut ipsi instar hæredis succedit, sed ex propria causa & jure directi domini, quo potius omnis successio feudalis tollitur, feudumque extingvitur, dum utile dominium cum proprietate con-

so-

solidatur. Imo expresse in *P. 2. C. El. 48.* pretium emtori offerri debere non Domino dicitur E. huic quoque non acquiritur: verbis *do eric. das Kauff. Geld dem Käufer offernte oder erlegen will v. § 26.*

XXII.

Neque 3) emtoris qui forte extat hæres allodialis id petere potest, ille enim feudi incapax in feudum a defuncto relictum succedere non potest, etsi illud quoque abagnato venditoris non revocetur. Obstat, pretium tamen quod reddendum non feudale sed allodiale esse, hinc hæredem allodiale illud jure successionis posse petere. At respondetur, verum hoc esse, si revocatio vivo emtore facta fuisset, & ita jus natum in hæredem devolveretur, cum autem revocatio illo demum mortuo fiat, atque Jus & actio ad repetendum pretium eo tempore nascatur, quo defunctus amplius non est; Substantiæ & naturæ juris hæreditarii repugnare (hæreditas enim est successio in jus defuncti §. IX.) jus, quod nullum fuit in defuncto, totum in hærede nomine hæreditario inchoari posse; quod enim defunctus non habet, aut plus quam penes eum fuit, in hæredem transferri non potest. *l. 20. pr. π. d. A. R. D. l. 54. 120. π. R. 7. v. perill. D. COCCE 7. Disp. de mandat. ad hæred. trans. S. III.* Neque dicendum est, jus tamen eventuale ad præstandam evictionem ex natura negotii emtionis venditionis natum, idque ad hæredes transitorium esse, quanquam casus, quo quis eam faciat, expectandus sit, & post mortem demum emtoris accidat. Nam illud locum habet, quando res evicta est, quæ talis dicitur, quando emtori rem habere non licet, propterea quod aliena est, non tamen ex alia causa, (ut culpa emtoris) itaque cum defunctus evictionem passus non fuerit, feudum vero relictum hæredi

allodiali statim habere non liceat, quia ipse feudi incapax, hic illo jure uti non poterit, etsi simul agnatus feudum quasi alienum ex jure sibi competente revocaturus concurrat, jamjam enim illud amisit non ob hanc causam, sed quia ipsi deest qualitas, quæ ad successionem feudalem necessario requiritur.

XXIII.

Probamus porro jus agnatorum in casu proposito potius esse, quam Domini, ex favore, qui in Jure feudali major est agnatorum quam Domini. Pauca tantum addamus, & quæ magis ad rem faciunt. Constat favorem generosarum præcipue familiarum & rationem causam fuisse, qua ipsa, qualis hodie est feudi natura, formam suam integram ac propriam acceperit, unde feudi quæ dicuntur naturalia ad eas conservandas devinciendasque maxime pertinent v. *D. COCCEJ. cit. lib. T. II. §. 7.* Ita interpretatio verborum investituræ ex æquo & bono potius pro vasallo contra Dominum est facienda. *CARPZ. ad P. 2. c. 45. d. 30.* Et quando lis est Dominum inter atque vasallum de feudo, utrum novum sit an antiquum, it. utrum feudum an allodium, & neuter, nec Dominus, nec vasallus aut allodii hæres possideat, utriusque probatio quidem auditur, verum agnatus v. hæres interea in possessionem Jure comm: feud: mittitur *II. F. 26. pr. & §. de functo II. F. II. inf.* quorum adeo causa favorabilior est, vel quia commodum familiæ non eripitur *BITSCH. ad all. §. de functo*, vel quia Domino obtinente feudum desinit, misso vero agnato, manet; feudum autem manere vel propter usum etiam servitiorum, & ita ex natura feudorum favorabilius habetur. *perill. COCCEJ. de probat. Feud. c. 5. §. 19.* Imo expresse dicitur in *II. F. 9. §. præscriptione.* Facta paterni feudi alienatione conditionem agnati in prohibendo, vel redimen-

mendo potiore esse quam Domini, non alia ex ratione, quam quod agnati potius Jus habeant, quia feudum his de- mum mortuis ad Dominum perveniat. *SCHRAD. P. 10. S. 19. n. 60. seq.* revertitur enim ad eum per consolidationem, iis non extantibus, qui prima investitura ad successionem vocati sunt. *VULT. de F. l. 1. c. 11. n. 6.*

XXIV.

Quot in §. præcedenti allegati sunt casus favoris hu- jusque rationes, tot iis etiam argumenta ad corroborandam sententiam nostram continentur. Quibus aliud ex acqui- sitione & successione in casu delicti & felonix commissæ peti- tum jungimus. Hac in Dominum commissæ feudum ad eum in ultionem injuriæ suæ devolvitur. *II. F. 24. §. denique;* Secus si delictum non in Dominum ipsum commissum sit, ubi agnati & simult. investiti statim succedunt *SCHULT. S. J. F. c. 11. n. 64. seq. WESENB. de F. c. 16. n. 2. P. 3. C. El. 27. ibi- que CARPZ. ill. D. COCCEJ. c. l. T. XI. §. 30. ibique cit. tt. & aut.* Cum ergo Dominus non admittitur, quando ipsi jus ex delicto vasalli, etsi non contra Dominum, natum videtur, mi- nus a successione agnatos & simult. investitos excludere pot- erit, ubi nullum penitus illius juris quæsitæ vestigium extat.

XXV.

Idem hodie Jus obtinet, si feudum sine consensu Do- mini alienatum fuerit, maxime in terris Elector: Sax: ubi si- mult: investitis sive alienator vivat, sive mortuus sit, feudum revocare licet, *SCHULTZ. c. l. c. 10. §. 89 seq. P. 2. C. El. 48. 49.* cujus dispositionis hæc datur ratio a *CARPZ. ad d. C. 48. d. 14.* quia eo ipso momento, quo vasallus irrequisito Domini consen- su alienat, feudum amittit, id tamen Domino non acquiritur. Ita- que iterum concludimus, quod cum Dominus in casu illicitæ

alienationis, quo ejus contentus intervenit, ne quidem in ultionem injuriæ suæ, uti alias J. comm: feudum vindicare possit, sed Jus potius sit simultanee investitorum, multo minus horum successio vivo alienatore, & quando nulla feloniam commissa est, interverti, aut feudum ad eum redire queat: præcipue cum salvo Jure aliorum licitæ huic alienationi ejusdem consensus accesserit *STRYK. Diff. d. Feud: Lusat: Super: c. 2. §. 14.* In utroque casu eadem ratio pro simult: investitis militat, sc. quia nemo est, qui Jus habet, & quidem in illicita alienatione id non habet 1) emtor ex alienatione, quæ nulla est, nec 2) venditor propter feloniam, neque 3) Dominus propter Jus ex simultanea investitura aliis quæsitum: eodem modo in casu nostro nec emtor, qui sine hæredibus feudali- bus mortuus, nec venditor nec Dominus, per ea quæ hæctenus late exposita sunt.

XXVI.

Dici non potest Sereniss. LLatorem in all. Constitutio- nibus ut & Ord. Torg. aliter disponere in alienatione illi- cita quam licita, quia agnati in illa indistincte, sive alienator vivat s. non, in hac vero, vivo quidem alienatore, postquam pretium emtori solutum est, feudum retrahere, jure vero suc- cessionis nunquam revocare possent, nisi alienator sine filiis decessisset, & hæc generalis esset juris constitutio. Nam ma- nifesto vel ex nuda inspectione apparet has Constitutiones & Ordinationem sub ea distinctione tantum loqui de casu ubi adhuc aliquis extat, in quo Jus vasalli juxta §. 5. juncto §. 12. *seqq.* durare possit. Uti fit, si emtor & qui ab eo Jus habent descendentes feudi capaces supersint. Hoc enim expresse *Rubrica Const. 49.* indicat. Wenn Bettern oder Mitthe- lehnte die veränderte Lehn revociren, wie es mit Erstattung
Des

des Kauff-Geldes und der Interesse gegen NB. den Besitzer zu halten, & in contextu ipso continetur: so ist er das Kauff-Geld NB. dem m. f. emtori regulariter zu erstatten nicht schuldig in Const. 48. das Kauff-Geld NB. dem Käufer offerirte, cum quo convenit *Ord. Torg. Tit.* welcher Gestalt die Agnaten §. so viel erstl. in f. ohne Entgelt von dem NB. Besitzer revociren und wiederfordern möge. Qui ergo possessor qui emtor, necessario adhuc in vivis esse debent. v. *STRYK. alleg. Diff. c. 2. §. 14.* Secus itaque fit, si nemo horum superest, tunc enim succedunt etiam agnati ut in alienatione illicita, licet alienator vivat, idque propter rationem juris fuse jam explicatam.

XXVII.

Opponitur allegatam Constat. 48. agnatis quidem, non Domino, successionem in casu alienationis illicitæ tribuere, id tamen 1) extendi non posse ad licitam alienationem, quoniam 2) illa amissionem feudi inferret, hæc per se valida esset, quæ revocari non possent, nec 3) simult. investito, delecto quamvis jure venditoris, statim succedere & feudum petere licere, cum semper considerandum sit, an jus agendi ei, qui actionem intendat, competat, quod hoc casu nullum adhuc natum esset; Verum 4) potius jus succedendi ad certum ordinem restrictum esse, qui 5) ordo eum tum demum tangeret, quando alienator & proximus in alienationem consentiens agnatus cum suis descendens deficient *H. PIST. L. 2. q. 6. n. 59.* Ad hæc accedere 6) agnatum Jus revocandi feudum titulo successionis gratiæ atque concessioni Domini debere, quæ semper de successivo ordine intelligenda, i. e. demum post mortem alienatoris *CARPZ. ad banc Const. d. 13.* Unde dum 7) per alienationem emtor novus fieret

vasallus, Dominum quoque jura Domini directi casu existente exercere posse, nec 8) alienationem intuitu agnatorum non consentientium quicquam operari, aut effectum habere, sed pro non facta reputari, unde illos commodum inde non posse capere, cum nec præjudicium ex eadem iis nascatur. 9) Ordinem quoque nondum eos vivo alienatore, ad successionem vocare, nec eorum quicquam interesse sive ipse emtor, sive alius feudum possideat, mutationes enim possessorum tantum ad Dominum feudi & proximos, si qui adsunt, simul: investitos consentientes pertinere.

XXIIIX.

Verum omnes recensitæ rationes nos haud movent, quominus adhuc pro simul: investitis pronuntiemus. Videtur autem tota hujus rei decisio fere ab hoc unice pendere, an jure in locum adhuc viventis successio detur? In feudis id affirmandum esse ex §. 4. 5. seqq. apparet. Innuit hoc ipsa Const. 48. modo all. quæ, utut illicite alienans adhuc vivat, tamen agnatum ad successionem admittit, v. etiam P. 3. C. 27. §. 24. Recte itaque dispositio Juris contra rationem 1) §. præced. ad licitam alienationem extenditur, quando eadem est ratio, nam in illa vasallus feudum penitus amittit, neque est alius qui licito modo ab eo causam habeat, unde Jus adhuc subsistere videatur; Ergo succedunt proximi agnati; Id pari ratione in hac quoque, emtore sine hæredibus feudalibus mortuo, accidit, neque enim ad venditorem redire feudum, aut ipse obstare potest, neque Dominus causam habet vel a venditore vel emtore; Negamus itaque oppositam rationem 2) jure successionis alienationem, et si per se validam, revocari non posse: contrarium apparet ex §. hujus disput. 10. imo etiam contra 3. 4. 5) simul. investitus succedit, simul-

at-

atque jus venditoris deletur tam in persona propria, quam in ea, in quam jure translatum est. Ipfius enim Jus agendi & nunc etiam acquirendi poffeffionem ex pacto & providentia majorum dominique directi investitura firmissimum atque certiffimum est, & quod ante eventum tantum eventuale fuit, jam casu existente se exerit & exerceri potest: Non negamus, certum esse in successione ordinem præscriptum, unde etiam cæteris paribus edicto successorio in feud: successione locus est, *ill. D. COCCEJ. cit. lib. T. IIX. §. 7.* at ordinem hunc indifincte & unice ad mortem antecessoris jure restrictum esse, id ex rationibus supra allegatis non admittendum esse censemus.

XXIX.

Urgetur quidem, textus tam J. Feudalis communis, quam Saxonici generaliter ita disponere, non ergo restringi posse ad casum, ubi emtor & ejus hæredes adhuc vivunt, sed his deficientibus consolidationem temporariam a parte Domini directi locum habere, & usu quoque, cum DD. communiter de hac distinctione casuum fileant, hanc juris dispositionem ut generalem agnitam videri. Verum id nec tenor illorum textuum patitur, qui de casu, quo causam ab alienatore habens adhuc superest, agunt, quod cuivis inspicienti apparet, & in §. 26. quoad Jus Saxon. demonstratum dedimus: nec rei substantia & natura, ubi etiam generalis videtur esse locutio; In feudis enim non ut Jure communi ultimo defuncto, sed primo acquirenti & ex tenore investituræ simul: succeditur, quanquam tempus expectandum sit, quo Jus vasalli deficiat, quod non demum fit eo mortuo, sed & vivo eo, ut sapius jam dictum est. Nam tunc

D

pro-

proximusest, quia nemo eum antecedit. *l. 92. π. d. V. S.* is enim, cujus jus extinctum est, non amplius antecedit, sed sequentem proximum facit. *a. l. 1. §. 7. π. unde cogn. l. 1. §. 6. success. ed. l. 1. C. cod. §. 7. J. de legit. agn. success.* nec quicquam obstat DD. silentium, ubi & textibus & solidissima Juris ratione & connexione res ipsa probatur & demonstratur. vid. tamen etiam STRYK. in *Diss. de Feud. Lusat. Super. c. 2. §. 14.* De proximo agnato consentiente infra.

[XXX.

Quod ad 6. attinet, expositum est supra in §. 1. 2. 3. feudum non esse ex mera liberalitate Domini, sed speciem beneficium, quæ late contra concedentem explicari solet *CARPZ. ad P. 2. C. 45. d. 30.* hinc ejusdem jura ex vinculo simul & necessitate juris semel constituti sequuntur. Quo quidem jure ordo certus succedendi definitus est, qui communiter demum, mortuo vasallo possessore, existit; id tamen necessario ad successionem non requiritur, sed, ut ad nauseam usque inculcavimus, locum etiam vivo vasallo habet, in quo inter alia successio communis & feudalis inter se differunt, optime enim *H. PIST. in L. 2. q. 19. n. 43. seq.* demonstrat, quod feudum a defuncto ad agnatos, jure sanguinis succedentes non jure hæreditario transmittatur, sed ex beneficio primi acquirentis atque Principis concessione in eos devolvatur. Septimum argumentum refutatum in §. 7. 15. seq.

XXXI.

Ad 8. respondemus negando alienationem intuitu agnatorum nullum producere effectum, insignis enim ille

Ie inde sequitur, quod eâ factâ casus nascatur, quo jus revo-
 candi feudum agnato competens actu exerceri possit; Tan-
 tum abest, ut dici possit, illam pro non factâ haberi, ut potius
 id ipsum in revocatione feudi propter alienationem suppo-
 natur, & necessario requiratur *SCHRAD. P. 8. c. 6. n. 17. seq. H.*
PIST. l. 2. q. 6. n. 60. Est itaque facta alienatio & pro facta
 habetur, hoc saltem effectu destituitur, ut per eam feudum in
 entorem efficaciter transferri possit; ita ut in perpetuum ad
 eum transire aut ipsi irrevocabiliter acquiri nequeat. Ex
 quo per se corrumpit illa, quæ inde deducitur, consequentia,
 quod cui actus præjudicium non facit, illi nec commodo esse
 possit. Sicuti enim hujus asserti nulla poterit dari ratio, ita
 in nostro casu alienatio quidem est res inter alios acta, sed
 de re & feudo in quod agnatus Jus quæsitum habet, & quâ
 gestâ jus revocandi fundatum & J. feudali constitutum in a-
 ctum deducendi & exercendi facultas nascitur. Quin imo
 etsi alienatio vel saltem ea ratione pro non facta haberi dica-
 tur, ac si in revocatione ex causa successionis non tam ad ali-
 enationem, quam ordinem legitimum, respiciendum esset,
 qui agnatum &c. casu eveniente ad successionem, sive facta
 sive non facta fuerit alienatio, vocaret; eodem tamen res re-
 dit, cum idem jus & ordo successionis in casu, de quo nunc
 agitur, locum habeat v. §. 5. 12. seq. Denique ad 9. mul-
 tum interest agnati, quis feudi sit possessor, an talis qui cau-
 sam licite a vasallo alienatore habeat, an alius qui non habeat,
 nec ad tempus nec perpetuo agnatum excludere possit, pro-
 ut supra expositum.

XXXII.

Tandem aliud pro Domino argumentum contra sententiam a nobis hactenus defensam allegari posse videtur ex constitutione des Land-Friedens 1521. tit. 2. 1548. t. 3. §. 1. 2. O. CAM. P. 2. t. 9. §. 2 P. 3. t. 48. §. 5. ubi Dominus in causa fractæ pacis publicæ, (nisi ipse Dominus læsus sit, quo casu jus commune feudale obtinet,) vasallo proscripto feudum aufert, non autem hæredibus aut agnatis illud conceditur, potior ergo favor est Domini quam agnati. At nec tunc vasalli delinquentis Jus penitus cessat & extinguitur, quo casu ordo succedendi agnatos tangit, sed per facultatem cum parte læsa transigendi, quæ reo his ipsis constitutionibus conceditur, integrum adhuc servatur; transactione enim facta, reo; & cum in reatu vasallus moritur, hæredibus ejus, qui etiam feudi capaces sunt, modo & hi transegerint; vel agnatis, quorum juri alterius culpa nihil præjudicat, feudum reddi debet, fructus tantum actori læso præstantur, atque sic Dominus interea fere nudus est administrator.

XXXIII.

Supereft ut videamus, quid Juris sit, quando plures sunt agnati & simult: investiti, quorum alter proximus, alter eo remotior est. Et nullum est dubium, quin proximus a successione remotiorem excludat, &, si ille in alienationem consenserit, ne quidem alienatore mortuo remotior succedet, cum ille per consensum videatur etiam suum jus in accipientem transferre, ergo in eo adhuc durat. *H. PIST. l. 2. q. 6. n. 62.* At si decedat emtor, & sic deficiat, in quo Jus illud durare possit, remotior a consentiente proximo ob eadem

dem

dem rationes, quæ hæcenus exposita sunt, non excludetur, nisi proximus iterum simul: investituram in alienatum feudum actu obtinuerit. *Ord. Torg. c. t. §. Diereil denn ic. §. und dieses alles seqq. supra §. 6. de quo non dubitatur.*

XXXIV.

Quid vero sentiendum sit in casu sequenti quæritur? Vassallus feudum suum venditurus, non requirit consensum remotiorum, sed transigit tantum cum proximo simul: investito de hoc ipso feudo eum in modum, ut feudi æstimatio & quantitas loco feudi inter eos jam quondam transacta & conventa augeatur, & ab emtore, tanquam pars pretii non soluti, cum feudo retineatur; Hac ratione proximus in alienationem consentit, reservato jure in feudum sibi competente & ea lege, ut ipse iterum ad conjunctam, ut dicitur, manum admittatur, sive ad conventam usque quantitatem de illo feudo, quod per alienationem novum factum est, simultanee investitur. Confirmat Dominus transactionem & alienationi consentit; Nunquam vero simultaneæ investituræ renovatio petitur aut impetratur, emtorque sine hæredibus feudilibus moritur. Utrum hoc casu remotior, an proximus ex Jure sibi reservato succedere, vel etiam Dominus neglectum simultaneæ investituræ, & hanc speciem felonix, remittere, magisque feudum ut apertum eidem concedere, & sic a successione remotiores excludere possit? disputatur.

XXXV.

Qui partes Domini & proximi agnati defendunt, plures allegant rationes, quarum summam paucis exponemus.

Prima est, quod remotior succedere non possit, si proximus extet consentiens *cit. H. PIST: CARPZ. P. 2. C. El. 48. d. 13.* qui 2) si feudum Domino refutasset, remotiorem exclusisset quamdiu viveret; idem ergo Jus obtineret, si alienationi consentiat. Neque tamen 3) consensus, quo Jus etiam proximi in emtorem transfertur, pro refutatione vel simili facto haberi posset, quo feudum amittitur. Idque eo magis quia 4) jus proximi in alium penitus non esset translatum, sed quantitas tantum in locum feudi surrogata, quæ illud in tantum repræsentaret; Reservasset enim sibi jus suum consentiens per pacta cum alienatore, additur & Domino, inita, ea lege, ut iterum ad simul: investituram admitteretur. Unde 6) non omni modo renuntiasset, aut generaliter in rem consensisset, sed intuitu certarum personarum v. g. emtoris & sub certis conditionibus, quibus non extantibus vel non adimpletis, dici consensus haud posset, nam pactio renunciatoria stricte interpretanda, nec extendenda esset ultra personas expressas aut cogitatas. *BITSCH. ad II. F. 26. c. ult. SCHRAD. P. 8. c. 5. n. 25. seqq.* Cum etiam in dubio, si agnati consenserint antiqui feudi alienationi, id actum videatur, ut, quod in locum antiqui surrogatum est, antiqui Jure valeat, *perill. D. COCCEJ. T. 3. §. 5.* Cæterum hæc omnia 7) a Domino essent confirmata.

XXXVI.

Instant 8) licet etiam proximus post alienationem factam multum temporis præterlabi passus fuisset, quo venditorem emtoremve haud adegisset, ut pacto satisfacerent, & curarent, ut a Domino de novo hoc feudo iterum simultanee investiretur, neque ipse eam investituram petiisset, inde tamen præ-

præsumi haud posset, quasi tum demum juri suo & reservationi factæ penitus renuntiasset, cum plene consensisse non videatur, qui sibi Jus ex alio principio salvum esse sciat, tacuisset enim sciens jus suum ubique salvum esse, non ideo ut consentiret *l. 8. §. 15. Q. M. P. vel. H. S.* quemadmodum ille in casu proposito & reservatione & jure successionis sibi competente satis tutus esset. Quorum tamen altero post mortem demum venditoris uti, interea vero per illud factam alienationem minime rescindere posset. Hujus ergo silentii probabilis esset ratio, quia etsi voluisset, tamen alienationem irritam reddere non potuisset, illius vero silentium pro consensu habendum non esset, cujus non esset dissensus, sive ut regula juris est, cujus non esset dissentire sive impedire, ejus neque esset consentire. *l. 12. §. 3. π. capr. & postl. & l. 3. π. d. R. J.*

XXXVII.

Nono inquit, nihil obesse, quod post alienationem non statim simultanea investitura petita fuerit, in noviter enim acquisito feudo sexennium quidem per decretum de anno 1700. in terris Saxonix statui, intra quod acquirens simultanee investiendos adhuc offerre posset *v. D. HORN. Jpr. F. c. 12. §. 28.* nullum autem tempus definitum esse, quo tales volente domino atque vasallo admittendi essent *FINKELTH. Disp. F. 7. §. 16.* Imo etsi 10) per neglectum renovationis simultaneæ investituræ jus amissum sit, feudum tamen feloniam commissam non ad remotiorem simultanee investitum pertinere, sed negligenti adimi, & ad dominum redire, quousque viveret delinquens *STRUP. c. 15. aph. 14. BERL. dec. 315.* cui etiam feloniam remitti posset, cum facile neglectus hujus renovatio-

tio-

tionis condonari solet *H. PIST. l. 2. q. 18.* Ultimo denique loco & II) supra jam allegata ratio urgetur, quasi novum factum esset feudum, quod dominus deficientibus successori- bus vindicaret, qui uti cuique ita & proximo consentienti agnato & simult. investito ut novum beneficium posset concedere.

XXXIIX.

Verum his rationibus non obstantibus remotiores ta- men simultanee investitos & hoc in casu in succedendo potio- res esse, existimamus, idque iisdem probamus argumentis, qui- bus hactenus eorum partes defendimus, quæ itaque longa se- rie repetere superfedemus. Potius ad argumenta contraria respondemus. His omnibus refellendis hæc duo fere suffi- ciunt. Primum quod Jus in feudum consensu alienationi hujus adjecto amittatur §. 9. alterum quod J. Saxonico non nisi simultanea investitura successionem agnatis tribuat, cujus renovatio, facta feudi mutatione, a proximo consen- tiente omissa est §. 6. Nisi forte hujus omissionis justa ex- cusandi causa allegari possit, quod cum facti sit, proban- dum est. *VULTEJ. de F. l. 1. c. 7. n. 71. seqq. CARPZ. ad P. 2. C. 45. d. 18. NIELL. D.F. 8. tb. 4. lit. a.*

XXXIX.

Videamus tamen singula dissentientium capita & quid iis reponendum sit paucis exponamus. Respondemus ita- que ad objectionem primam. Verum est, proximum con- sentientem a feudi successione remotiorem excludere, mo- do etiam jus ejus tam in propria, quam acquirentis persona
non

non sit extinctum v. §. 5. 10. 12. seq. Quoad 2) non queritur quid fieri potuisset, sed quid factum sit, & refutatio domino facta excludit eatenus remotiorem, quatenus superat, in quo jus alterius translatum durat, quod etiam obtinet in consensu alienationi adjecto, dum scilicet talis persona superest. Ad 3) quod attinet, consensus ille proximi pro refutatione domino facta haberi non potest, ergo inde quoque domino nihil acquiritur; verum utique tale est factum quo feudum vel jus amittitur, siue enim simpliciter siue in gratiam vel venditoris vel emtoris consenserit, & ultimo casu ac si deficiente eo cui favere voluerit, v. g. emtore, feudum in eum transferri debeat, utroque tamen casu feudum actu ad emtorem transit, alienatur enim illud. Quin nec reservatio proximi, nec nuda domini confirmatio, ut mox videbimus, sed J. Saxon: sola simul: investitura successionem in feudo defert §. 6. hæc tamen hoc casu per consensum in alienationem interrupta & amissa nec postea renovata fuit.

XL.

Ad 4. 5. & 6. respondemus: Transactio vasalli possessoris & proximi agnati reliquis agnatis non nocet, cum a pacifcentibus jus non habeant. *SCHRAD. P. 8. c. 6. n. 2. STRUP. c. 12. aph. 8. n. 8. 9.* Quantum in ea vasallo liceat si communis sit feudi causa v. *perillustr. D. COCCEJ. T. 6. §. 10. NOR. ad Finkeltb. d. 9. tb. 13. β.* unde nec illa quantitate conventa & noviter aucta tantum contenti esse, nec LL. conventionis stare tenentur. Imo hæc ipsa quantitas & aestimatio feudi per transactionem determinata fit alterius, & in emtorem in feudo translata est, quæ ut pars pretii non

E

fo-

soluti ab eo retinetur, & penes eum manet, nec a consentiente revocari potest: hujus itaque Jus alterius factum est. Reservatio adjecta nihil in favorem reservantis, quoad feudum ipsum & successionem in illud operatur, nam licet proximus non in genere in rem vel ut verba textus II. F. 48. se habent, non omnino alienationi consenserit, ita tamen convenit, ut acquirens de feudo ut novo investitur, quo casu secundum dispositionem hujus cap. succedi non potest. Quod magis in casu proposito obtinebit, ubi non ille, qui ut in textu partis jamjam est vassallus possessor, sed qui extraneus est scilicet emtor, novus plane vassallus fit & feudum acquirit.

XLI.

Accedit etiam hoc, quod cum feudum per alienationem intuitu quoque consentientis proximi novum factum, neque tamen simul: investitura, denuo vel impetrata vel renovata fuerit, J. Sax: successio locum non habeat. Locus ex Hypomnem. J. F. ill. D. Coccej. allegatus huc applicari non potest, ibi enim vassallus alienator pro antiquo suo feudo vel ex pretio ejus consensu agnatorum feudum acquisivit, & tunc surrogatum in antiqui locum videtur succedere; quod nec praesumi nec fingi potest, si agnati feudum in extraneum transferri patiuntur, & si diversa qualitas surrogati repugnat *STRUW. c. 3. apb. 2. n. 6.* Si quis autem illius transactionis & reservationis effectus est, non est alius, quam qui alias ex qualibet conventionem & transactione oritur, nimirum obligatio personalis, & actio ad interesse, si vel emtor vel venditor vel dominus factum, h. e. admissionem ad conjunctam
ma

manum, promiserint. Caveas tamen, ne nudam domini confirmationem transactionis ab aliis inita pro pacto cum ipso domino contracto habeas.

XLII.

Neque enim, quod contra 7) notandum, sola accedens domini confirmatio jus amissum consentientibus servabit, sicuti enim dominus instrumentum obligationis, cui annexa est feudi oppignoratio, confirmans, non censetur ipsi hypothecae consentire, videantur rationes ap. *CARPZ. L. 4. R. 29.* ita non sufficit si fratres & agnati possessores post factam divisionem simultaneam investituram sibi solummodo confirmari petant, ea ex ratione (sunt verba *CARPZ. ad P. 2. C. 45. d. 24. quia confirmatio investiturae semel amissa nihil novi dare potest, proinde nec sola confirmatio tum investituram restituet, nec quicquam juris in succedendo attribuet, sed necesse est, ut domino factam divisionem exponant, ac novam investiturae collationem humiliter impetrent, si efficaciter sibi consulere velint.* jung: *BERL. P. 2. concl. 2. n. 64. seq.* itaque multo magis id incumbet simult: investitis, qui alienationi consentiunt, jus quidem suum sibi reservant, & horum omnium confirmationem petunt, cum nihil possideant, nam nec fratrum jus sibi reservantium & praeterea feudum possidentium successioni nuda confirmatio quicquam prodest. Imo in *Ord. Torg. sapius all. tit. §. iedoch ist solches &c.* expresse dispositum est, quod licet in ipsis investitura literis vasallo datis simultanee investiendi contineantur & nominentur, his tamen nullum Jus inde acquiratur, nisi ipsi proprio facto investituram quaesiverint & obtinuerint. Neque

ex clausulis confirmationi adjici solitis, Jedoch Uns Unsern Erben und Nachkommen an unsern Landsheerl. Regalien und Gerechtigkeiten auch sonsten männiglichen an seinen Rechten ohne Schaden, alia mens ipsius domini confirmantis apparet, quam quod auctoritati & juribus directi domini ne minimum quidem detractum velit v. *ROSENTH. c. 9. m. 1. concl. 38.* & clausulæ illæ intelliguntur reservare omnia alia jura, præter ea, quæ dominus consentiendo & confirmando vasalli contractum concedere voluit, *H. PIST. L. 2. qu. 48. n. 32. § 1. 3. qu. 15. n. 48. seq. ibique cit.*

XLIII.

Quod 8) concernit, dictum supra in §. 9., quod qui consentiat jus suum perdat, nihil autem interest per notissimam Juris regulam sive verbis sive factis consensus declaretur, sub quibus etiam facti ommissio continentur. Nudum quidem silentium non præjudicat agnatis, nisi factum vel aliud quid accedat, unde consensus colligitur *D. COCCEJ. de silentio §. 14. seq.* Qui vero magis non dicam præsumi, sed certissime apparere posset voluntas ejus, qui a conditionibus & reservatione consensui adjectis recedit; quam qui post factam alienationem cui expressa scriptura & literis annuit, & post emtoris, novi vasalli, investituram tantum temporis filuit. Cum intervenire, protestari & confirmationi ut & investituræ illius simpliciter factæ contradicere, ipsamq; simultaneam investituram petere potuisset & debuisset, hæc omnia tamen intermisit v. *SCHRAD. P. 6. c. 2.*

XLIV.

Dici haud potest ipsi jus ex aliis juris rationibus salvum

vum

vum fuisse, non 1) ex eo ac si quantitas transacta feudo in-
 hærens ut onus cum feudo, quemadmodum pignoris onus
 in l. all. 8. cum re in emtorem transierit, nam secus quoque
 fit in pignore, si illud salvum esse non possit. *l. 7. in f. pr. π. d.*
dolo malo D. COCCEJ. in all. disp. & hæc ipsa quantitas in ca-
 su proposito nihil aliud est, quam æstimatio feudi, quæ ipsi
 feudo, sicuti cuilibet alias rei sui ipsius æstimatio inest, saltem
 per transactionem determinata. Verum etiam ipsa quanti-
 tas ad extraneum transiit, & ipsi acquisita est. Constat qui-
 dem, quod pecunia in feudum dari soleat: ad hoc vero ut &, ut
 loco fundi certa quantitas constituatur, & in locum fundi sur-
 rogetur, tam consensus reliquorum simul: investitorum,
 quam etiam plurima alia, maxime domini investitura requi-
 runtur *BERL. dec. 81. 82. STRUV. c. 4. apb. 2. seq. D. HORN.*
Jpr. F. c. 4. §. 25. seq. 28. nec 2) ex reservatione addita jus ipsi
 integrum servatur, per ea quæ §. præced. exposita, nec 3) per
 Jus successionis, ad hoc enim investituræ renovatio, muta-
 tione consensu proximi facta, requiritur, cui juri invigilare
 debuisset, licet alienationem factam rescindere non potuisset.
 Nulla itaque hujus silentii probabilis est ratio, scivit enim
 sibi ex neglectu petitionis investituræ præjudicium nasci, &
 tamen siluit, nec petiit; Potuit itaque nolle sive jure suo
 non uti, cum potuerit velle sive jure suo uti. At esto hæc
 omnia pro pleno consensu haberi non posse, jura tamen ne-
 glexit, unde sibi imputet, quod sua culpa & negligentia da-
 mnus sentiat. Imo cæteris paribus regressum ex transactio-
 ne adversus paciscentes habet.

XLV.

In 9) argumento concedimus tempus certum in no-
vo feudo petitioni investituræ simultaneæ non esse definitum;
hinc eum, cui promissa est investitura simul: quodocun-
que domino atque vasallo libuerit, admitti posse, addimus
tamen, modo res adhuc integra, nec alteri ex hujus facti in-
termiffione jus quæsitum fit. Negamus vero iterum feu-
dum in casu nostro in præjudicium agnator: & simult: in-
vestitorum fieri novum.

XLVI.

In 10) non disputabimus an neglectus ille feloniam
dicendus sit, & verum est, quod dominus jure suo non uti
possit, etiam invitis agnatis, qui quidem jus succedendi quæ-
situm habent, at sub illa conditione, si dominus jure suo
usurus fuerit. Verum nec illa remissio intempestive fieri de-
bet, sicuti enim dominus voluntate sua, de feudo adimen-
do jam declarata, vel sententia condemnatoria lata invitis
agnatis feloniam, ob jus inde nunc quoque actu succedendi
his ipsis quæsitum, remittere non potest, ita etiam, post-
quam delata iis semel est successio, cessat remissio, nec nu-
dum tunc vertitur jus tertii, scilicet domini, sed poena amis-
sionis huic negligentia verbis directis lege est imposita; &
sic exceptio datur, & jus negligentem a feudi successione
excludendi, omnibus, quorum interest, tribuitur. *STRUW. c.*
15. apb. 12. n. 9. seq. Id vero negamus etiam, quod per ne-
glectum simult: investituræ feudum redeat ad dominum &
amittatur. *BERL. Dec. 315.* Nam negligens feudum nun-
quam possedit, ergo ei adimi non potest, sed in hac specie fe-

felonia jure suo, quod habuit, scilicet in eventum succedendi in feudum, privatur; Excluditur itaque a successione & remotior simul: investitus proximus fit, quanquam etiam dominus non sit conquestus, qui nec actionem habet, nec quicquam vindicare potest, quod alteri concedat de quo §. 6. Ultimum argumentum refutatum supra.

XLVII.

Neque vero etiam æquitatis ratio pro proximo militat, ac si ei potius concedendum esset feudum, qui cum suis descendantibus ordine investituræ primum vocatus reliquos exclusisset, e contrario iniquum videretur, eum & totam ejus familiam vel propter unicum neglectum simul: investituræ, tanto emolumento privari, eo magis quod sibi forte persuasum habuerit, jus suum per reservationem adjectam esse integrum, vel alia quoque impedimenta intervenerint. Nam, ut supra monitum, justæ causæ utique excusant; Notum vero etiam est, quod vigilantibus jura sint scripta, & summæ æquitatis pariter atque juris est, ne jus remotioribus quasitum intervortatur.


XLIX.

Quoniam itaque jus in feudum agnatis & simul: investitis pacto majorum & investitura quasitum est, cujus vigore in feudum J. Feudali succedunt, quoties vasallus vel ejus jus deficit, quod vivo eo fieri potest, dum non superest, qui causam ab eo habeat, & in quo jus illud subsistere possit; alienatio vero feudi sine consensu agnatorum, & ut novum eo modo, etsi consensu domini, fiat, in præjudicium eorum

non

non valet; proximus etiam consensu alienationi adjecto jus suum, neglecta nova simul: investituræ petitione vel renovatione, amittit; censemus remotiores simul: investitos in casibus hæcenus expositis, ubi emtor feudi sine hæredibus feudi capacibus mortuus est, jure meritoque ad successionem in hoc feudum emtum, tam proximo simultanee investito, quam domino directo excluso, admittendos esse. Salvo tamen ubique rectius sententium judicio.


Ve 1571



894724468

m.c





B.I.G.

Farbkarte #13

Qtk. 170. 4

2.
A. D.

Ve
1891

DISPV TATIO JVRIS FEVDALIS
DE

J V R E
SVC CEDENDI AGNATORVM
IN FEVDVM ALIENATVM
VIVO ALIENATORE
IMPRIMIS J. SAX.

QVAM
CONSENSV
INCLYTI JCTORVM ORDINIS
P R Æ S I D E
D. CHRISTIANO LVDOVICO STIGLIZ,

D. XXI. DECEMBR. A. M DCC XIV.

H. L. Q. C.
PVBLICE DEFENDET
A. & R.

CHRISTIAN GOTTLIEB HOFFMANN,
DRESD.

L I P S I Æ,
LITTERIS IMMANVELIS TITII.

